






Vc
5225
4146

1508

SERENISSIMUM POTEN-
TISSIMUMQVE
PRINCIPEM AC DO-
MINUM,



DN. JOHANNEM
GEORGIUM III.

DUCEM SAXONIÆ, JULIÆ,
CLIVIÆ, AC MONTIUM, UT ET
ANGRIÆ AC WESTPHALIÆ, S. ROM. IMPERII
ARCHIMARSCHALLUM ET ELECTOREM, LANDGRA-
VIUM THURINGIÆ, MARCHIONEM MISNIÆ, NEC NON
UTRIUSQVE LUSATIÆ, BURGGRAVIUM MAGDE-
BURGI, COMITEM PRINCIPALI DIGNITATE HEN-
NEBERGÆ, COMITEM MARCÆ, RAVENSBER-
GÆ ET BAKBY, DYNASTIAM IN
RAVENSTEIN,

PATREM PATRIÆ
OPTIMUM,
DOMINUM INDULGENTISSIMUM,

CUM AD III. ID. DECEMB. A. M. DC. XCI.

MONUMENTO PATRIO

QVAS MORTALITATI RELIQUERAT,
EXUVIÆ
FRIBERGÆ

SOLENNISSIME INFERRENTUR,
INFINITORUM DE SE MERITORUM
MEMOR
LUGET

ACADEMIA LIPSIENSIS.

LIPSIÆ, EXCUDEBAT CHRISTIANUS SCHOLVINUS.



SERENISSIMUM POTEN-
TISSIMUMQUE
PRINCIPEM AC DO-
MINUM

DN. JOHANNEM
GEORGIVM III.

DUCEM SAXONIAE LULIAE
CLIVIAE AC MONTIVM, UT ET
ANGRIAE AC WESTPHALIAE, S. ROM. IMPERII
ARCHICAMERARIVM ET ELECTOREM, LANDGRA-
VUM THURINGIAE, MARCHIONEM ALBERTI, RECTOR-
EM TURISIOVE LUSATIAE, BURGGRAVIVM MAGNI
BURGI, COMITEM PRINCIPALIS DIGNITATE HON-
ORIBUS, COMITEM MARCHE, RAVENNAE

PATREM PATRIAE
OPTIMUM
DOMINUM INDUGENTISSIMUM

ANNO DOMINI MDCCCLXXXV
MONUMENTO PATRIO
FRIBERGAE

ACADEMIAE FRIBERGENSIS
RECTORIBUS ET MEMBRIS



* * *

Define parva quæri tacito per pectora planctu,
Musa, & conceptos luctus distinctius effer,
Immiscens magnis lugentia verba querelis,
Per tantumq; orbi deflens pereuntia funus
Præsidia, acquirit DOMINI quæ bellica virtus;
Dum, qui nos cruciat, mœror vehementius urget,
Condendum patriis tumulis illustreq; corpus
Largius effusis lacrymis fletuq; rigatur.

Auftriaca acceptis meritis Aula ipsa movetur,
Et de sublato ciet altos vindice questus,
Quo Getici veniente cadit vis magna Tyranni;
Sarmaticos inclutus nec porro Vienna tumultus
Augustum expansis reducem complectitur ulnis,
Et quas plena fero submitit Thracia fastu,
Ister cum magno vires terrore revolvit,
In patrium rapiens devota cadavera pontum.

Ob similem confusa stupet Germania causam,
Perfidia imprimis Galli pars merfa ruinis.
Namq; suis hostes meminit de finibus actos
Officio virtute Ducis ferroq; valentis.
Hocq; magis justis, quæ gessit, laudibus ornat,
Ipse quod immoritur Princeps his rebus agendis,
Ultimus ut charis Rex commemoratur Athenis
Effecisse suis, quò possent vincere, fatis
Ex priscis Dores nova rixis bella moventes.

Quid de conjunctis, Heros, Tibi foedere dicam?
Vestibus expressit lugubribus Anglia luctum,
Et quod cognato funus nunc sanguine raptum est;

A 2

Magnaq;

Magnaq; quod gessisse sibi gens inclyta credit,
Imperiumq; minus stultam nunc spernere Jernam,
Impia Saxonico quod Francia milite tracta
Speratas non posset opes transmittere pressis,
Regem & promissis, constaret, fallere vanis.

Nec tacuisse vides in tanto funere moestos,
Distractos alibi qui sustinuere labores;
Seu cura à Flandris injustos pellere motus,
Hispano; proprios sibi seu defendere fines,
Quem grandis dudum sociat Sapientia Divis,
Brandenburgiacæ, Friderico, gentis amori;
Seu quem Dux Bavarus fervore ardente levatum
Astorum Heroi venit, Turonumq; potenti;
Sive arcere suis vicina incendia tectis,
Quos & Mars celebrat magnis in secula gestis,
Æternisq; viris propriis Cyllenius infert
Inventis, Batavis; multis & dotibus Hasso,
Sydera qui teneat Semo post funera, digno.

Illustres sequitur moestissima Misnia Actus,
Et quicquid campis servat sylvisq; Dearum.

Officium ante alias Musæ sibi flebile sumunt,
Quodq; sibi præstet gratas pia Lipsia sedes,
Et prius acceptos essent altaria fumos:
Hoc opus Elector summum est, juncto ore profantur,
Aq; tuis nobis, Divine, quod obtigit armis.

Excipit auditas perculsa Academia voces
Assensuq; probat: Rectè, subditq;, Camoenæ
Admonitum est. Solos non fortes prælia firmant,
Quosvé armat thorax. Gaudent & pace parata
Fortibus inceptis, placidissima pectora, Musæ.

Non equidem deerant, quæ flere liceret adempta.
Quantum est me vestram Matrem reparare jacentem,
Cum Morbona malis affligens mœnia morbis
Disgregat & doctis tristem cultoribus orbat,
Cum rerum potitur primùm, fascesq; capeffit
Princeps per Divi Genitoris fata relictos.

Deplo-

Deplorare decet communia commoda cunctis.
Pace exoptatâ quod tecta Ecclesia floret,
Justitiâ fîsus quod Prætor jura ministrat,
Quodq; domus quivis proprias sine clade tuetur.
Sed magis excruciant summota pericula ferrò.

Haëtenus eximiis exulto Academia donis,
Parq; aliis mater Studiorum maxima credor.
Electore sed has conservo vindice dotes.
Heu mihi, quàm poteram splendorem amittere pulchrum,
Paceq; destitui facilè! Exitiosa bonorum
Gens opibus Turcæ, Turcisq; simillima, Galli
Hostis erant, Musis certum interitumq; minantur.
Tollere virginea, perspectum est, dote colendas,
Eusebiam, Themidem, Turcas, quamq; ardet Hygéam
Hippocrates; nec posse fera de gente putari,
Qui studiis cupiat tractatis cultior esse.

Quæ sint Terpsichores teneris commercia rebus
Cum populis, quos horror agit, Scythiciq; furores?
Gallia non alio turpissima classica movit
Confilio. Ipla quidem Musis concedere sedes,
Et Studiis operam cives dare velle videtur.
Sed vel vera vetat fotas proferre clientes,
Vel fœdo vitiat venerandas dogmate Divas,
Non nisi fallendi iussas discentibus artes
Tradere, perfidiam, sanctissima fœdera causis
Quæsitis levibus parvò temerare pudore,
Nullo & possessas aliis res demere jure.

Sed tantum exitium Dux Excelsissimus auffert.
Inferas sensit simul ac Oriente relictò
Eoisq; plagis, in nostros tendere fines
Turmas Bistonias, simul ut sua fœdera Turcis
Servarent, pactis læsis petiisse, fideq;
Teutonium infestis Celtas acceperat armis,
Quas defendendæ patriæ conscripserat ardens
Virtute egregiâ, multâ pietateq; vires
Colligit atq; animat, ductasq; opponere gestit

Hostibus & fervens metuenda pericula pellit,
A Laribusq; ignes prohibet, stragesqve nocentes,
Et stupra, multo actas nunquam & sine sanguine prædas.

Quis dat militiæ laudes depingere sumptæ?

Ducitur ecce DEO Princeps, rapiturqve verendus

Ad loca consiliis diis, quo ducit euntem

Se menti insinuans agitato pectore fervor,

Sensibus humanis & sollicitudine major.

O quàm dulce fuit pugnæ se sistere ferri

Hostem! quàm nullus delata ad prælia tardum

Sollicitare labor! quàm magnos tympana dicam,

Effecisse animos ad grande vocantia munus!

Quis ferat alloquio accensas ad summa cohortes?

Virtutemqve, simul quâ fracta licentia belli,

Et venia indulta est commissis justa protervis?

Quod juvat, hoc potius, quo re graviore paratur,

Donaqve nobilitant pretium & præstantia dantis.

Sed pacem & bello nos passim ardente videmus.

Non ulla Augusto, qui Romæ Consule primus

Regnavit fracto, terrarum Cælare damna

Afflixisse orbem memorant, non ulla pericla.

Omnia sed viguisse magis, pacemqve fuisse,

Fructibus & tumuisse hortos, tumuisseqve sylvas,

Lacqve locos cunctos spirasse & dulcia mella.

Tanta at compositis veniebant commoda bellis.

Lætaqve multa tuis Romanis, Summe, ferebas,

Cæsar, divini post motos morte Parentis

Interfectores merita, Lepidumqve cadentem;

Postibus & Jani post addita claustra bifrontis.

Ipsa at Mavorti bona nondum extorqveo fesso,

Felicesqve undas placidas freudentibus austris

Naves inveniunt, perqve aspera fulmina grati

Obveniunt oculis pulcherrima lumina solis.

Sed quid inepta tamen tento? quid gaudia jacto?

Actum est. Intereo. Fatis jam tollitur atris,

Quo tutore dabat, quæ prædico, munera coelum.

Dixit

Dixit & obvelata caput, concussaque pectus
Obticuit, cunctis sensim turbataque membris
Atteritur, tacito se consumptura dolore.

Magna at tunc Pietas, in charos Diva regendis
Officiis præfecta homines, atque arbitra juris,
Quo fas sit populo Reges deflere peremptos,
Præsto est, confectam venerando affataque vultu:
Quid, misera, ista facis? dicit. Non condere fas est,
sed clara erectos ad sydera tollere vultus,
Et rebus dotes vestris spectare relictas.

Postquam ait, ætherei longe patuere recessus,
Gaudii inexhaustis recreantes pectora rivis,
Heroumqve locus, magnos pensansque labores
Impensos patriæ per tot discrimina sedes.

Quo simul abjectos mandavit tollere vultus,
Innumeri occurrunt Divi, Regesque Ducesque.

Accessit numerum sed Noster sanguine junctum,
Hacque suos auget majores aice receptos.
Hic videt ERNESTOS, HENRICOS spectat ovantes,
AUGUSTIS jungit se FRIDRICISque colendis,
CHRISTIANIS, proprio perque omnes nomine notis,
Oscula queis veniens, GENITORI, libat, AVOque.
Ante alios belli fama accessisse notatum
FRIDRICUM placuit, firma ALBERTUMque potentem
Mente, animoso & Avo similem virtute Nepotem
MAURITIUM amissa vita inter classica notum.

Externum tacuit nec maxima nomina cœlum.
Exsplendetque novum JANI quoque Stella GEORGI
Sydus, per cunctasque amplo sua jactitat orbi
Munera, proque dato cerni vult lumine noctes.
Fama est, Herculeos Numen pensasse labores
Sydereas inter concessa sede cohortes.
Gestorum Alcidæ numerum compleisse secundum,
Quem post bis quinos res cœpit Principis, annum
Crediderim, & post res quod causa recentior actas
Perpetuo defessum urget, domuisseque Lernam,

Bisto-

Bistoniiqve gregis stabulum mundasse refertum
Stercore, Mænaliūqve suem concidere clava,
Menteqve Cerbereos latratus spernere magna,
Et monstrum ad superos vinctum proferre catenis,
Vix tantum credetur opus, compescere quantum
Immensas Orientis opes, serpentis & instar
Lurida spirantem mœsto ore venena Tyrannum
Threiciū, Scythici metuendaqve dulcibus uvis
Rostra acuentis apri, turpis vel sœva Garumnæ
Bella arcere manu, afflictum servareqve Rhenum
Dæmonis adversus conata extrema furentis,
Tartarei adversus foeda excrementaqve regni.

FILIUS interea capiet sublimia SUMMUS
Divini faustō successu munera PATRIS.
Quippe velut dominos avium regesqve ferarum
Ex stirpe egregias contingit sumere vires,
Naturam exemplis & confirmare parentum,
Castra Titum ad patrium formant ut Flavia bellum,
Ut videt orsurus magna olim prælia Thermæ
Cæsar, gestorū testis sociusqve laborum;
Sic SOBOLI licuit sperare pericula TYRANNÆ,
Bellaqve, quæ GENITOR gessit, defendere quondam
Ut commissā sibi posset, frenareqve Martem.

Hæc Dea fata abiit. Tacta est Academia voce,
Tamqve piis monitis, surgenti ardore calente
Sese submittit DOMINO, spondetqve futurum
Obsequium, sua firma DEUM solatia poscens
Sufficiat, felix rebus coeptisqve præcata
Imperium, atqve annos ad facta ingentia multos.

At tumulum EXCELSI spargit cineresq; PARENTIS
Narcisso, violis, lauruqve, hederisqve, rosisqve,
Præbita dona sibi vastum dictura per orbem,
Donec erit, Phœbi virtuteqve PRINCIPIS aris
Servatis sua thura feret gens dedita Musis.



O
A
O
O
P
O
S
E
E
G
H
H
H
A
O
O
A
I
M
M
E
S
S
I
S
C
O
P

Pom Vc 5225,2⁰

ULB Halle 3
004 820 983


V017





Vc 5225 4,41.

I, 508

SERENISSIMUM POTEN-
TISSIMUMQVE
PRINCIPEM AC DO-
MINUM,



DN. JOHANNEM
GEO M III.

DUCEM
CLIVIAE, A
ANGRIAE AC V
ARCHIMARSCHA
VIUM THURINGI
UTRIUSQVE LU
BURGI, COMIT
NEBERGAE, C
GAE E



PATR
DOMINU
CUM
MONU
QV
PATRIA
M,
NTISSIMUM,
M. DC. XCI.
PATRIO
VERAT,

FRIBERGAE
SOLENNISSIME INFERRENTUR,
INFINITORUM DE SE MERITORUM
MEMOR
LUGET
ACADEMIA LIPSIENSIS.

LIPSIÆ, EXCUDEBAT CHRISTIANUS SCHOLVINUS.

